abraxas, & eundem secundum grecas lit
teras & annicursus numerum dicit in solis
circulo contineri quem & hnici sub eodem
numero aliarum litterarum uocant mi
tran & i uere ineptiae in balsamo barbae
loque mirantur. Nonne haec insaniae sunt.
& multae insaniae, unoque fingente
quod in animum eius inciderit. Calūniā
quoq· patiuntur inpenetrabilibus eius
siue opprimuntur simplices quiq· cre
dentium, dum sub nomine ueritatis colunt
mendatium. & omnino rectum facere
nesciunt qui aperdiderunt tramitem
ueritatis. Nec redunt in eo qui dicit. Ego
sum ueritas. & thesaurizant sibi dogmata
iniquitatis & rapiunt atq· concludunt
in aedibus suis quos potuerint falso errore
decipere. Si autem placuerit ut legamus
assyrios. quod tamen in hebraico non habet
dicamus hos esse. De quibus scribtum est.
inducam super sensum magnum principē
assyriorū qui dixit. fortitudinem ut captantur
heretici ab assyrio & teneatur in terra aegypti.
de qua quondam uenientes ad ecclesiam liberati
sunt. Proptea haec dicit dn̄s dš. Tribulabitur
circuitus terrae. & detrahitur ex te fortitudo
tua. Pro tyro quae in hebraeo appellatur sor.
hebraeus qui me in scribturis scīs erudiuit.
tribulationem interpraetatus est, Nec rennuimus
eius sententiam. quia & symmachus qui non sol&
uerborū. sed intellegentiae ordinem sequitur

ait. obsidio & circūdatio terrae. Pro obsidi
one fortitudo ad theodotione posita est.
Loquamus ergo de singulis. Lxx. dixerūt
tyrus & per circuitu terra tua uidebatur
qui per dere sententiam addiderunt.
Ergo de suo deserta erit. nec error inter
pretatum est. Ubi propter uerbi ambiguitatē
& tribulatio & tyrus dici potest. & est sen
sus, super montes samariae multas popu
lus meus insanias perpetrauit. Calūniā
faciens. & rectum paenitus ignorans &
thesaurizans sibi iniquitatē ac rapinas,
Ideo tribulabitur terra eorū, Detrahetur
aut ex te o samaria undecem tribus, o quon
dā populus meus, fortitudo tua. & diripi
entur in aedibus tuis qui per calūniam ex
miserorum lacrimis congregasti; heretici
quoq· aut tribulantur in die iudicii. &
omnis eorū fortitudo tenuabitur. & diri
pientur quae habuerant de rapinis ut li
berentur populi quos deceperant, Aut
certe cotidie per uiros ecclesiasticos tribu
labuntur & circū dabuntur testimoniis
scribturarū. & detrahitur ex his fortitu
do syllogismorū. & uerborū argutiae
quibus suū dogma firmauerant. & aedes
eorum diripientur ut qui rapti fuerant
de ecclesia ad ecclesiam reuertantur.
Haec dicit dn̄s, quomodo si eruat pastor
de ore leonis duo crura aut extremū
auriculae, In principio amos ubi uer



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0153